

128. *POLEMOPHIS*  
**SOPHIAE OCCULTIORIS AMATORI**  
*Perpetuam Felicitatem.*

**P**atrone & Amice Colendissime., qui-  
cunque es , ad quem Catalogus hic  
noster perveniet , sunt quām plurima  
præterea MSS , nec vulgaria arcana , ad vi-  
tam beatam, longam & sanam conducentia ,  
apud piissimum nostrum senem , cuius no-  
men honorificentissimum ob causas domi-  
nihi notas hoc loco apponere consultum  
non duxi. Collegi etiam ego præter mo-  
numenta Historica, Politica atque Philologi-  
ca, non ubivis obvia, ac plerosque libros se-  
cretorum Imperatoris RUDOLPHI II, Re-  
verendissimi Archiepiscopi Coloniensis ER-  
NESTI, & aliorum Principum , &c. varia  
Theosophica, Mystica & Chemico-Medica o-  
puscula : de quibus ac latentibus quibusdam  
Mysteriarchis, Bibliothecis rarioribus, & au-  
thographis Paracelsi, quorū alicubi magnam  
copiam novi , si conferre per literas nobiscū  
tibi non displicebit, possunt illæ Francofurti  
ad Mœnum exhiberi Dn. Lucæ JENNISIO  
Bibliopolæ insigni, vel Hamburgi Dominic  
JACOBO de ZETTER Francofurtensi,  
cujus officinam è regione Templi S.Nicolai  
invenies. Vale, Musis nostris fave, &  
mortalis immortalia co-  
gita,

**RUIT HORA.**